

tus dominus qui creauit celum et terram. quia hodie nomen tuum ita magnifica
 ut. **Vt non.** **Be** Tribulationes ciuitatum audiuimus quas passę sunt. & defecimus. timor
 & ebrietas mentis cecidit super nos. & super liberos nostros. ipsi montes nolunt reci
 pere fugam nostram. domine miserere. **Peccauimus** cum patribus nostris inuiste
 egimus. iniquitatem fecimus. **Timor.** **F E R I A. S E C V N D A.**

Oeniq; cū reuersus esset rex sennacherib fugiens a iudea plagā
 quā dñs circa eū fecerat ppter blasphemā suā. & iratus multos
 occidisset ex filis isrl: tobias sepeliuit corpora eor. At ubi
 nunciatum ē regi iussit eū occidi: & tolli omnē substan
 tiā ei. Tobias uero cū filio suo & uxore sua fugiens nudus
 latuit: q̄a multi diligebant eū. **R** Domine deus qui conteris bella ab
 initio eleua brachium tuum sup gentes que cogitant seruis tuis mala. & dex
 tera tua glorificetur in nobis. **V** Allide uirtutem eorum in uirtute tua ce
 dat uirtus eorum in uacundia tua. **Et dext.**

Post dies uero quadragin
 ta duos occiderunt regē filii sui: et reuersus est tobias ad
 domum suam: omnisq; facultas eius restituta est ei. Post hec
 uero eū esset dies festus dñi: factum prandiu bonū in domo to
 bie. Dixit autē filio suo. Yade & adduc aliquos ex tribu nra
 timentes deum: ut ep̄lentur simul nobiscum. **R** Nos alium deum
 nescimus p̄ter dominum in quo speramus. qui non despiciet nos. nec amouit lu
 cem suam a genere nostro. **V** Indulgentiam eius suscipit lacrimis postulamus. et
 humilemus illi animas nostras. **Qui n̄.**

Cum autem abisset.
 reuersus nunciauit ex filis israhel iugulatum iacere in
 platea. Statimq; exiliens de accubitu suo reliquit prandium:
 & ieiunus peruenit ad corpus. tollensq; illud portauit ad
 domum suam: ut cum sol occubisset occulte se sepeliret illud.

Cūq; occultasset corpus manducauit panē cū luctu & tremore. me
 morans illū sermonē. quē dñs p amos p̄pham. Dies festi uestri ce
 uertentur in luctū & lām̄tionē. **R** Dominator domine celorum es
 re. creator aquarum. rex uniuersę creature tue. exaudi orationem
 tuorum. **V** Tu domine cui humilium semper & mansuetorum placet
 stiplicari.

Cvos uero sol occubisset. abiit & sepeliuit eum.